

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XCIII. Differentia 19. Inter servos Iure civili non potest esse matrimonium
néq[ue] inter servum & liberam, sed vocatur contubernium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

XIX. XCIII.

DIFFERENTIA 19.

Inter servos Iure civili non potest esse matrimonium, neq; inter servum & liberam, sed vocatur contubernium. *l. Cum Ancillis. C. de Incesto nupt. At Iure Canonico tam servus, quam liber recte matrimonium contraht. c. 1. De coniug. servorum. Bart. 61. Canis. 41.*

I. Servi dicuntur, quibus libertas arbitrio suo vivendi adempta est, itaq; liberis apponuntur: & ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, non occidere solent. *§. 1. De iure personarum. l. 4. De statu bim. ff. De verbis signif. Et tales sunt proprii dicti servi, alij minus proprii affrui: ppij appellantur, qui praedio, & agris colendis additi affixi q; sunt, nunquam recessi & annuos redditus omnes domino praediorum prater sumptus, & vicuum redditus. Ex his natu originarii dicuntur Abb. c. 2. De Iudic. notab. l. Huius, quia tantum ad certas operas obligantur, revera liberi sunt, & secundum quid tantum servi reputantur.*

II. His positis, ut inter Canones & leges oppositionem esse appareat, de eodem genere servitutis loquamur, neesse est Inv. citata cum Ancillis. Imperator Constantinus ita pronunciat. Cum Ancillis, non potest esse connubium. Nam ex ejusmodi contubernio servi nascuntur. Quomodo hoc? quia partus ventrem sequitur. Hinc est contrario ex libera, & seruo natus ingenuus est. *l. 24. ff. De statu hominum. Et un. de natu ex lib. ven-*

tre. novum hoc, & nusquam gentium fieri Plautus in Casina Prologo dicit. de quo V. Alciat. l. 6. parerg. Iur. c. 16.

III. Ecclesiæ tensum c. 1. *De coniug. servi*, exhibet, sicut in Christo Iesu neq; liber, neque servus, est a Sacramentis Ecclesiæ removendus, ita nec inter servos matrimonia debent ullatenus prohiberi: & si contradicentibus dominis & invitis contracta fuerint, nullâ ratione propter hoc sunt dissolvenda. Debita tamen & consueta servitia non minus debent proprijs dominis exhiberi. Loquitur: *quod notandum*, de illis tantum, qui tempore contractus servilem conditionem non ignorant; adeoque sponte ac liberè non obstante tali impedimento consentiunt, iuxta c. *si quis ingenuus. 29. Q. 2.* Inter illos autem, qui ignari servitutis sunt, irritum est matrimonium. *c. 2. 3. Et ult. De coniug. seru. quia talis error consensum tollit. l. si per errorem. ff. De iurisdict. omni Iud. V. Barb. Axiom. 82. n. 1.*

* *

DIF. 20.